



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem Divi Thomae. Tomi Qvinqve

Qui Est Primvs De Sacramentis: In Qvo Ea Continentvr, Qvæ Post
Præfationem Indicantvr

Suárez, Francisco

[Köln], 1619

1 An omnes fideles teneantur confirmari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93807](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93807)

ceremonia praescripta: olim enim, quia Confirmatio statim post solemnem Baptismum dabatur, & baptizati induebantur vestibus albis, ideo eisdem candidati vestibus ad hoc sacramentum recipiendum accedebant, quod satis erat accommodatum ad innocentiam significandam, quam accedentes ad hoc sacramentum gestare debent nunc vero, postquam illa ceremonia cessauit, nulla est circa hoc specialis obseruantia, sed tantum decentiae, & honestatis ratio habenda est.

D. Thom. Quarto obseruatum est, vt tam confirmans, quam confirmandus ieiuni accedant, vt tetigit D. Tho. hic in solutio. ad 2. & significat hoc fuisse praecipuum in Concil. Senon. capit. 3. & Concil. Meldensi. c. 6. & habetur in cap. Vt ieiuni, & cap. Vt Episcopi, de consecrat. dist. 5. & idem statuitur in Concil. Paris. libr. 1. c. 33. vbi adducitur congruentia: quod Apostoli ieiuni confirmati sunt per Spiritus sancti aduentum: & credibile est, eos non nisi ieiunio alius Spiritum sanctum tradidisse: quia ita decebat tam excellens ministerium, vt, qui daturus est Spiritum sanctum, prius ieiunando & orando in corde suo illi praepararet habitaculum. iuxta quae decreta, si haec ceremonia obseruanda est, consequenter dicendum erit, Sacramentum hoc matutino tempore ante prandium esse ministrandum: quia alias, moraliter loquendo, non posset ieiunio à ieiunio ministrari. Nihilominus tamen dicendum est, hanc ceremoniam non esse ex necessitate praecipui, sed solum ex decencia, vt hic D. Thomas: quem omnes sequuntur, & expresse annotatur in Pontificali Romano: neque in supra citatis decretis sunt verba, quae sufficienter indicent praecipui obligationem: & quamuis essent, tamen illa Concil. Provincialia sunt: neque eorum lex communi vsu est recepta, sed potius abrogata: nam fere consuetudo iam obtinuit, vt Sacramentum hoc post prandium conferatur. Quinta ceremonia est, quod in hoc Sacramento adhibetur susceptor, qui confirmandum tenet.

D. Thom. Sexta, antequam Episcopus conferat Sacramentum, fundit quaedam orationes, deprecationes, ac benedictiones: & peracto Sacramento, alias similiter subiungit, quae pia sunt, & iuxta consuetudinem Ecclesiae obseruanda.

Septima, post factam vñtionem substantialem in fronte, vitta linea caput confirmati ligatur: quam alii vno, alij tribus, alij septem diebus gestare consueuerunt, quod fit propter Christum reuerentiam, vt non abluatur, sed exlicetur. Vnde haec ceremonia seruanda omnino est, vt colligitur ex D. Thom. in 4. d. 7. qu. vlt. art. vlt. & aliis authoribus ibi, & Summistis verb. Confirmatio: quamuis in temporis, seu dierum determinatione nulla sit obligatio: sed vbiq; propria consuetudo seruanda est, vt in Pontificali Romano dicitur. Atq; idem iudicium ferendum est de eo, quod Hugo Victor. lib. 2. de Sacram. par. 7. c. 6. dicit, per septem dies non esse abluendum caput, seu frontem hominis confirmati: quod ipse etiam, non vt necessarium, sed vt conueniens docet: & loquitur de vulgari, & communi ablutione: nam alicubi moris est, vt paulo post abluantur in fonte Baptismatis: vbi autem hoc non obseruatur, satis erit expectare, donec christina exsiccatum sit.

D. Thom. Octaua, post peractum Sacramentum Pontifex leniter dat confirmato alapam super genam, dicens, Pax tecum, quod solum fit ad significationem, vt confirmatus intelligat, se armari ad iniurias pro Christo ferendas: & alij dicunt, fieri etiam ob memoriam, vt suscipiens recorderetur Sacramenti suscepti, & militig, ad quam exercendam conscribitur: haec autem ceremonia non videtur esse tanti momenti, vt, si praetermittatur, sit peccatum mortale, secluso contemptu, vt notauit Soto hic a. 12. vbi aliam ceremoniam refert, scilicet quod caereus offertur: sed hanc non inuenio in Pontificali Romano, neq; in antiquis authoribus.

Hugo. vii.

Soto.

De praecipuis ad hoc Sacramentum pertinentibus.



Distinguenda sunt duae personae, quae in vsu huius Sacramenti, sicut & aliorum, necessario interueniunt, scilicet suscipiens, & minister, & de vtriusque obligationibus, & de modis, quibus contra eas delinquere possunt, & de poenis, si quas fortasse incurrant, dicendum est: de suscepro vero praeter superius notata, nihil addendum occurrit.

SECTIO I.

Vtrum omnes fideles baptizati teneantur hoc Sacramentum suscipere & illud non iterare.

TRiplex obligatio intelligi potest ex parte recipientis hoc Sacramentum. Prima est negatiua, non recipiendum indigne, neque sine debita intentione ac dispositione hoc Sacramentum: quae etiam affirmatiue explicari potest sub conditione, seu quoad specificationem actus, scilicet digne recipiendi hoc Sacramentum, si quis velit illud recipere: & de hac obligatione nihil in particulari hic occurrit addendum, praeter dicta supra de Sacramentis in genere: nam haec obligatio nascitur ex generali, & conaturali lege Sacramentorum: quae ad hoc Sacramentum determinanda est iuxta dispositionem, quam hoc Sacramentum requirit, de qua supra tractatum est.

Secunda obligatio, quae in vltima particula tituli quaestionis attingitur, est etiam negatiua, non recipiendi pluries hoc Sacramentum, quae potest etiam affirmatiue sub conditione & secundum numericum vnitatem explicari, id est, vt, si quis vult hoc Sacramento vti, semel tantum illud recipiat: & haec obligatio est etiam certissima: quia supra ostensum est, hoc Sacramentum non esse iterabile ex vi suae institutionis. Vnde, si quis tentet secundo illud recipere, irritum facit, & inane est, quidquid recipit, & ideo grauius delinquit. Quae autem hoc potest, an, qui iterato suscipit hoc Sacramentum maneat irregularis: quidam enim ita affirmant, vt Richar. in 4. dist. 7. artic. 6. q. 1. vbi idem iudicium censet esse de Confirmatione, quod de Baptismo, & Maior ibi, in fine totius distinctionis, & D. Anton. 3. par. tit. 28. cap. 6. §. 3. & ex Iuris peritis hoc tenet Glossa in cap. dictum cit. de Consecrat. dist. 5. & Archidiaconus, & Albertus Trotius, quos refert Couar. infra citandus. Fun. dari solet haec sententia in paritate rationis: nam si ille, qui iterato suscipit Baptismum, fit irregularis: cur non etiam ille, qui secundo confirmatur? praeter- tum, quia in Concil. Tarracon. c. 6. & refertur in d. c. dictum est, eodem modo prohibetur Confirmationis, quo Baptismi iteratio, & eadem poena pro vtroque delicto imponitur: scilicet, vt, qui ita delinquit, non saeculo, sed solum Deo sub habitu regulari, vel clericali religiosissime famuletur. Vnde ad hoc adduci solent decreta, quae rebaptizatis irregularitatem imponunt, c. Confirmadum, d. 50. c. Quod quidam, 1. q. 1. c. Quibus, de Consecrat. dist. 4. Sed hoc argumentum in materia odiosa & penali, & praesertim irregularitatis debilissimum est: primo, quia iure ipso cautum est, irregularitatem non incurri, nisi in casibus à iure expressis: cap. Is qui, de sententia excommunic. in 6. ergo argumentum à simili nullum est ad irregularitatem colligendam. Secundo, quia licet in dicto cap. dictum est, ita esse malam & prohibitam Confirmationis sicut baptismi iterationem asseratur: ibi tamen nulla poena irregularitatis imponitur. Vnde, si ex aliis iuribus non constaret, fieri irregularem, qui secundum Baptismum recipit, ex vi huius non fieri irregularis: nam aliud est religio-

fissime famulari Deo sub habitu regulari, vel clericali: aliud vero fieri irregularem: neque hoc postea ex illo priori sequitur: nam etiam si quis denuo ordinetur, vel in suscepto Ordine ministrat, potest in habitu regulari, vel clericali Deo religiosissime famulari: ex illo ergo. textu neutra irregularitas colligitur: in aliis autem iuris nulla fit mentio Confirmationis, sed solius Baptismatis: hæc ergo irregularitas non est in iure expressa. Et ideo est secunda sententia probabilior, negans propter hoc delictum irregularitatem incurri: quam tenent in 4. d. 7. Scot. q. 5. & Palud. q. 2. Gabr. q. vnica, art. 3. dub. 5. eamque ex parte secutus fuerat Antonius. 3. part. tit. 14. cap. 14. §. 4. vbi tamen solum loquitur de eo, qui ignoranter bis confirmatus est: quia de hoc, inquit, nihil est in iure expressum, sed hæc ratio plus concludit, vt diximus. Et eandem opinionem sequuntur Casto, & Turcrem. quos refert & sequitur Couarruias in Clementina, si furiosus, in principio, nu. 8. vbi nonnullam rationem differentie assignat: nam in Baptismo iniuncta est illa pœna propter hæresim circa illud Sacramentum peculiariter exortam: quæ ratio neque in hoc Sacramento, neq; in Sacramento Ordinis locum habet. Adde præterea pœnam illam in illo. Dicitur est: impositam, in primis nõ esse à Summo Pontifice, vel aliquo Concilio generali latam, sed à Concilio Tarraconensi provinciali, vt Gratianus & Iuo referunt, nam in ipso Concil. non reperitur: deinde non esse vsu receptam, & ideo non incurri: præsertim ante iudicis condemnationem. Possent autem iudex Ecclesiasticus illam imponere pœnam, quamquam non teneatur, vt existimo, propter rationem dictam.

Tertia obligatio affirmatiua esse potest de exercitio ipsius actus: vt si fit fidelibus baptizatis præceptum impositum suscipere hoc Sacramentum: & de hoc sunt varie opiniones. Prima affirmat, esse à Christo Domino latam huiusmodi præceptum: & obligare omnes baptizatos adultos, si commode possunt hoc Sacramentum suscipere. Ita sentit Scot. d. 7. q. 2. vbi primum dicit, quod adultus tenetur suscipere hoc Sacramentum, id est, non contemnere. Vide infer, teneri illud suscipere pro tempore congruo: quia iudicaretur contemptum, si omnimoda opportunitate oblata, non susciperetur. Idem omnino dicit Richar. art. 5. q. 1. & VValdens. tom. 2. de Sacramentis, capit. 111. Petrus Soro lect. 2. de hoc Sacram. Parhel. in scholiis ad Tertul. lib. de baptif. ca. 8. & significat etiam Turrian. in scholiis ad Clementem, lib. 8. Conf. cap. 16. vbi ex verbis Clement. colligit, dari mandatum de hoc Sacramento, & Bellar. 1. de Sacram. c. 22. similiter dicit, omnibus Sacramentis esse adiunctum præceptum, vel respectu communitatis, vel respectu singularum personarum: & ex antiquis fauet huic sententiæ Hugo de sancto Victo. lib. 2. de Sacramentis, par. 3. c. 3. cuius verba retulit & explicuit D. Thom. art. 3. ad 4. & Amalar. lib. de diuinis officiis, cap. 27. Fundamentum est, quia, licet hoc præceptum non sit expresse scriptum, vel traditum, vt quid distinctum ab institutione, tamen in ipsa institutione, & in fine eius intrinsece includitur: quia omnes fideles tenentur fieri, & esse plene Christiani: & ideo hoc Sacramentum accipere debent, vt plene Christiani inueniantur, vt dixit Vribanus Papa epi. 1. ca. 7. & ideo dixit etiam Melchides Papa, Quamuis continuo moriturus sufficiat regenerationis beneficia: virtus tamen necessaria esse Confirmationis auxilia: ideo oq; ita coniuncta esse hæc duo Sacramenta, vt ab inuicem, nisi morte interueniente, nullatenus possint segregari: & vnũ sine altero rite pñci non possit. Quod autem dicit, rite, non potest intelligi, quoad valorem Sacramenti: necessario ergo intelligendum videtur, quoad obligationem vtrumq; suscipiendi: atq; eodem sensu intelligendum videtur, quod in Concilio Aurelianensi c. 3. dicitur, Baptizatum nõ Franc. Suarez Tom. 3.

centeri Christianum, donec confirmatione Episcopali fuerit christmat. Et confirmatur: nam licet fortasse ex sola ac præcisa institutione non sequatur hæc obligatio, tamen per sese est valde credibile, Christum Dominum illam adiunxisse: neq; tantum, tamq; necessarium Sacramentum sub consilio solum reliquisse: quia non fuisset hic sufficiens providentiæ modus: simili enim de causa, instituendo Sacramentum Eucharistia illi præceptum adiunxit, quamuis effectus eius non esset simpliciter necessarius, sed tantum valde utilis ad salutem. Tandem omnes fatentur, omittere hoc Sacramentum ex contemptu, esse peccatum mortale: sed qui oblata occasione negligit semel, atq; iterum, vel certe, qui proponit nunquam illud recipere, etiam si miles offeratur occasio, virtualiter contemnit: neq; enim expectandus hic est formalis contemptus, qui sine Pelagiano errore, aut Luciferiana superbia vix concipi potest.

Secunda sententia negat, hoc esse simpliciter præceptum iure diuino, sed solum in determinato casu, scilicet, quando inlat occasio publicè confitendi fidem coram tyranno, & prius potest commode recipi hoc Sacramentum, nam tunc, inquit, graue esse peccatum adire illud periculum sine preparatione huius Sacramenti. Ita tenet Durand. in 4. d. 7. q. 1. & eum videtur ibi sequi Gabr. dub. 3. Marfil. q. 5. art. 4. & idem Turcremata cap. 1. de Consecratione, d. 5. VValdens. etiam, & nonnulli ex autoribus citatis possent facile in eodem sensu intelligi. Fundamentum huius sententiæ est, quia temere se exponit periculo cadendi, qui inermis aggreditur maximum periculum fidei, & spiritualis militiæ. Vnde hæc opinio non videtur fundare hoc præceptum in speciali impositione Sacramenti. Potest autem non nihil adiuuari hæc opinio illis Christi verbis, Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto: nam sicut promissio Spiritus sancti Apostolis facta, communis est omnibus Christianis, vt supra vidimus: & quod in illis impletum est die Pentecostes, in cæteris per hoc Sacramentum impletur: ita verba illa, quamuis solis Apostolis, & eorum sociis dicta videantur, omnes tamen fideles comprehendere videntur, quibus precipitur, vt ad publica pericula fidei non exeant, donec per hoc Sacramentum induantur virtute ex alto: nam, vt alias dixit Cypri. epi. 54. contra rationem, est, sine armis ad pugnam accedere. Atque hanc sententiam maxime videntur probare, quæ in priori adducta sunt: quia in eo casu maxime apparet necessitas: & tunc voluntaria ommissio maiorem contempum indiat, & irrationabilem quandam prodigalitate bonorum spiritualium, propria & inordinata charitati valde repugnantem. Nihilominus tamen hæc sententia non videtur tam consequenter loqui, sicut præcedens: nam, vt supra videbimus, hoc Sacramentum, non solum adiuuat ad constantiam fidei, quando propria infirmitas, & interior tentatio hominem premit & obruit: nec solum confert auxilium ad credendum, sed etiam ad viuendum secundum fidem, ita vt non solum in fide, vt sic, sed etiam in fide viuua hominem confirmet: vnde recte dixerunt Alenf. & Bonauent. infra citandi, quod non solum ex externo periculo, sed etiam ex interna infirmitate, & continua huius vitæ necessitate potest oriri necessitas sacramentalis gratiæ Confirmationis: ergo, si specialis necessitas illius casus est sufficiens ad inducendam præcepti obligationem in illo statim articulo recipiendi hoc Sacramentum, necessitas totius vitæ inducet obligationem, non negligendi hoc Sacramentum toto tempore vitæ, sed aliquando illud suscipiendi, & ideo Melchides Papa non dixit, statim præliaturus, sed simpliciter, Virtutis necessaria esse Confirmationis auxilia.

Tertia opinio est, hoc Sacramentum esse simpliciter in præcepto non tamen diuino, sed Ecclesiastico. Hanc tenent Alex. Alenf. 4. par. q. 25. memb. 2. Bonauent.

2. Opinio negat, hoc esse simpliciter præceptum iure diuino, sed solum in determinato casu, scilicet, quando inlat occasio publicè confitendi fidem coram tyranno, & prius potest commode recipi hoc Sacramentum, nam tunc, inquit, graue esse peccatum adire illud periculum sine preparatione huius Sacramenti. Ita tenet Durand. in 4. d. 7. q. 1. & eum videtur ibi sequi Gabr. dub. 3. Marfil. q. 5. art. 4. & idem Turcremata cap. 1. de Consecratione, d. 5. VValdens. etiam, & nonnulli ex autoribus citatis possent facile in eodem sensu intelligi. Fundamentum huius sententiæ est, quia temere se exponit periculo cadendi, qui inermis aggreditur maximum periculum fidei, & spiritualis militiæ. Vnde hæc opinio non videtur fundare hoc præceptum in speciali impositione Sacramenti. Potest autem non nihil adiuuari hæc opinio illis Christi verbis, Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto: nam sicut promissio Spiritus sancti Apostolis facta, communis est omnibus Christianis, vt supra vidimus: & quod in illis impletum est die Pentecostes, in cæteris per hoc Sacramentum impletur: ita verba illa, quamuis solis Apostolis, & eorum sociis dicta videantur, omnes tamen fideles comprehendere videntur, quibus precipitur, vt ad publica pericula fidei non exeant, donec per hoc Sacramentum induantur virtute ex alto: nam, vt alias dixit Cypri. epi. 54. contra rationem, est, sine armis ad pugnam accedere. Atque hanc sententiam maxime videntur probare, quæ in priori adducta sunt: quia in eo casu maxime apparet necessitas: & tunc voluntaria ommissio maiorem contempum indiat, & irrationabilem quandam prodigalitate bonorum spiritualium, propria & inordinata charitati valde repugnantem. Nihilominus tamen hæc sententia non videtur tam consequenter loqui, sicut præcedens: nam, vt supra videbimus, hoc Sacramentum, non solum adiuuat ad constantiam fidei, quando propria infirmitas, & interior tentatio hominem premit & obruit: nec solum confert auxilium ad credendum, sed etiam ad viuendum secundum fidem, ita vt non solum in fide, vt sic, sed etiam in fide viuua hominem confirmet: vnde recte dixerunt Alenf. & Bonauent. infra citandi, quod non solum ex externo periculo, sed etiam ex interna infirmitate, & continua huius vitæ necessitate potest oriri necessitas sacramentalis gratiæ Confirmationis: ergo, si specialis necessitas illius casus est sufficiens ad inducendam præcepti obligationem in illo statim articulo recipiendi hoc Sacramentum, necessitas totius vitæ inducet obligationem, non negligendi hoc Sacramentum toto tempore vitæ, sed aliquando illud suscipiendi, & ideo Melchides Papa non dixit, statim præliaturus, sed simpliciter, Virtutis necessaria esse Confirmationis auxilia.

Opinio negat, hoc esse simpliciter præceptum iure diuino, sed solum in determinato casu, scilicet, quando inlat occasio publicè confitendi fidem coram tyranno, & prius potest commode recipi hoc Sacramentum, nam tunc, inquit, graue esse peccatum adire illud periculum sine preparatione huius Sacramenti. Ita tenet Durand. in 4. d. 7. q. 1. & eum videtur ibi sequi Gabr. dub. 3. Marfil. q. 5. art. 4. & idem Turcremata cap. 1. de Consecratione, d. 5. VValdens. etiam, & nonnulli ex autoribus citatis possent facile in eodem sensu intelligi. Fundamentum huius sententiæ est, quia temere se exponit periculo cadendi, qui inermis aggreditur maximum periculum fidei, & spiritualis militiæ. Vnde hæc opinio non videtur fundare hoc præceptum in speciali impositione Sacramenti. Potest autem non nihil adiuuari hæc opinio illis Christi verbis, Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto: nam sicut promissio Spiritus sancti Apostolis facta, communis est omnibus Christianis, vt supra vidimus: & quod in illis impletum est die Pentecostes, in cæteris per hoc Sacramentum impletur: ita verba illa, quamuis solis Apostolis, & eorum sociis dicta videantur, omnes tamen fideles comprehendere videntur, quibus precipitur, vt ad publica pericula fidei non exeant, donec per hoc Sacramentum induantur virtute ex alto: nam, vt alias dixit Cypri. epi. 54. contra rationem, est, sine armis ad pugnam accedere. Atque hanc sententiam maxime videntur probare, quæ in priori adducta sunt: quia in eo casu maxime apparet necessitas: & tunc voluntaria ommissio maiorem contempum indiat, & irrationabilem quandam prodigalitate bonorum spiritualium, propria & inordinata charitati valde repugnantem. Nihilominus tamen hæc sententia non videtur tam consequenter loqui, sicut præcedens: nam, vt supra videbimus, hoc Sacramentum, non solum adiuuat ad constantiam fidei, quando propria infirmitas, & interior tentatio hominem premit & obruit: nec solum confert auxilium ad credendum, sed etiam ad viuendum secundum fidem, ita vt non solum in fide, vt sic, sed etiam in fide viuua hominem confirmet: vnde recte dixerunt Alenf. & Bonauent. infra citandi, quod non solum ex externo periculo, sed etiam ex interna infirmitate, & continua huius vitæ necessitate potest oriri necessitas sacramentalis gratiæ Confirmationis: ergo, si specialis necessitas illius casus est sufficiens ad inducendam præcepti obligationem in illo statim articulo recipiendi hoc Sacramentum, necessitas totius vitæ inducet obligationem, non negligendi hoc Sacramentum toto tempore vitæ, sed aliquando illud suscipiendi, & ideo Melchides Papa non dixit, statim præliaturus, sed simpliciter, Virtutis necessaria esse Confirmationis auxilia.



uent. d. 7. art. 3. q. 2. Paludan. q. 1. & Antonin. 3. par. tit. 14. cap. 14. §. 5. Syluester verb. Confirmatio diuina, nu. 2. & idem sequitur Turrecrem. supra. Fundatur hæc sententia in dictis Pontificum supra citatis: quæ etiam referuntur de Consec. d. 5. à princip. fauet etiã Conc. Laodi. c. 8. dicens, oportere hoc Sacramentum recipere. Hæc vero opinio minus etiam consequenter loquitur, quam prima: quia reuera Pontifices in illis locis non condunt nouum ius, sed referunt antiqui, ab ipso Christo institutum, & traditum: nec nouam necessitatem imponunt, sed eam tantum declarant, quam Confirmatio ex se, ratione sui finis & effectus habet.

4 Opinio ab solute negati datum esse aliquod præceptum. D. Thom.

Quarta itaque opinio ab solute negat, datum esse aliquod præceptum suscipiendi hoc Sacramentum. Hæc tenetur esse sententia D. Tho. in 4. d. 7. q. 1. art. 1. quæst. iun. 2. & hic art. 8. ad 4. quia secluso contemptu, dicit non esse peccatum mortale omittit hoc Sacramentum toto tempore vitæ: at vero, si esset præceptum, voluntaria omisio esset peccatum mortale, etiam sine contemptu: constat enim, contemptum aliquid aliud addere præter voluntariam omisionem: potest enim quis voluntarie omittit receptionem ordinis, vel religionis sine contemptu: sicut etiam potest voluntarie omittit Matrimonium sine contemptu: nam ex contemptu, esset peccatum mortale, cum tamen ex se & libera tantum voluntate factum, nec veniale sit: item quod sit, vel omittitur ex ignorantia culpabili, vel passione, non est ex contemptu: & tamen erit peccatum mortale, si in re graui sit contra præceptum: sed in re præsentis iuxta sententiam D. Tho. hæc omisio non erit peccatum mortale, etiam si ex negligentia, aut verecundia contingat, secluso contemptu: ergo signum est nullum interuenire præceptum. Et hoc sensu defendunt hanc sententiam hic Soto, & Ledesma, art. 5. Adrian. in 4. materia de Confirmat. ar. 1. Angelus verb. Confirmationis Sacramentum, num. 1. Ruard. ar. 12. contra Lutherum. Victoria in Sum. num. 47. Nauar. in Sum. cap. 22. num. 9. qui tamen dicit esse peccatum veniale, negligere hoc Sacramentum secluso contemptu, secutus Caietan. in Summa, verbo, Confirmatio: idem tenet Couar. h. s. Variar. resolut. cap. 10. num. 5. quamuis de veniali peccato nihil dicat. Fundamentum huius sententiæ est, quia præceptum obligans sub mortali non est asserendum sine cogente fundamento: hic autem nullum est, non solum cogens, verum neque admodum vrgens: quia neque in scriptura habemus hoc præceptum, neque ex traditione: nam omnes Sancti, & Pontifices, qui de hoc Sacramento loquuntur, explicant quidem vim, efficaciam & vtilitatem maximam (quam quodammodo necessitatem appellant) huius Sacramenti: nihil tamen dicunt, quod sufficienter indicet præceptum. Nam, quod aiunt, requiri hoc Sacramentum ad plenitudinem vel perfectionem hominis Christiani, vel etiam, vt simpliciter Christianus dici possit, non potest intelligi de his, quæ sunt de substantia (vt sic dicam) hominis Christiani: hæc enim per Baptismum dantur: nec de plenitudine sufficientiæ: (vt recte dixit Alesius) sed de plenitudine abundantia, & de Christiano milite conformato: quæ non oportet esse simpliciter necessaria, vel præcepta. Atque hoc modo dixit Clemens epistola 1. qui ob incuriam omittit hoc Sacramentum, non fore perfectum Christianum, non tamen negat posse esse verum, & iustum Christianum. Neque etiam colligitur hoc præceptum ex ipso vsu, vel traditione: tum quia fideles communiter non inducuntur ad recipiendum hoc Sacramentum tamquam ex necessitate obligati, sed tanquam inuitati ad id, quod per se bonum & vtile est: vnde nullis censuris astringi solent, neque aliis medijs, quæ necessitatem indicent: tum etiam, quia si hoc Sacramentum esset iure diuino præceptum, daretur omnibus adultis in

Soto. Ledesma. Adrianus. Angelus. Ruardus. Victoria. Nauar.

Alesius.

Clemens.

articulo mortis: quod tamen vsus Ecclesiæ non habet.

Tandem non colligitur ex sola ratione, etiam supposita institutione, & hinc, ac effectu huius Sacramenti: quia ex his omnibus solum colligitur hoc Sacramentum esse valde vtile ad perseuerandum in fide, non tamen necessarium: atq; adeo neq; præceptum propter hanc causam: quia sunt alia media sufficientia ad eum finem consequendum: qualia sunt, oratio, meritum, virtutis exercitium, & similia. Et confirmatur: nam certum videtur, potuisse Christum Dominum instituere hoc Sacramentum, ita vt ex illo nullum sumeretur præceptum: ergo ex sola institutione non colligitur: ergo nullo modo constat dari tale præceptum iure naturali, aut diuino. De iure autem pure Ecclesiastico manifestius hoc constat videtur: tum ex dictis, tum etiam quia Ecclesiæ non solet imponere affirmatiua præcepta, nisi determinando tempus, in quo implenda sint: imo in materia Sacramentorum non solet præcipere vsuum, quoad substantiam eius (vt sic dicam) sed solum determinare tempus, in quo talis vsus exercendus sit: in vsu autem huius Sacramenti, nullum tempus determinauit.

Quocirca hæc postrema sententia vera est per se loquendo de præcepto proprio, & intrinseca obligatione huius Sacramenti. Ex quo fit, perse etiam loquendo, non esse peccatum mortale hoc Sacramentum voluntarie omittit: an vero sit peccatum veniale, vt Caietan. & alij volunt, ex fine & modo voluntatis iudicandum est: nam ex vi obiecti, & intrinsece obligationis consequenter dicendum est, nullum esse peccatum: quia talis actus non est in præcepto, sed in consilio: alioqui, si esset præceptum, materia eius esset satis grauis, & ideo per se loquendo, obligatio, aut esse debet sub mortali, vel omnino nulla: neq; est dare medium. Ex accidente vero potest esse veniale peccatum, si censeatur irrationalis quædam prodigalitas spiritualis, vel nonnulla temeritas in modo aggrediendi periculum fidei. Sed his etiam modis potest interdum esse peccatum mortale, etiam per accidens. Primo ratione contemptus, si quis pro nihilo ducat hoc Sacramentum aut esse: tum eius: aut vile vel puerile existimet se illi subijcere. Secundo, ratione scandali, si ita se publice gerat, vt speciem contemptus alijs præbeat. Tertio, ratione conscientia, & charitatis propterea, vt si præctice sibi quis persuadeat, sine hoc medio non possit tentationes contra fidem vincere: aut esse in morali periculo, vt in tormētis superetur & vincatur. Quarto ratione extrinsece necessitatis ad remissionem peccati: vt, si quis habens conscientiam peccati mortalis, & in periculo mortis existens non possit aliud Sacramentum accipere: & timeret de sua contritionis perfectione, possit obligari ad hoc Sacramentum accipiendum, vt si forte tantum esset attritus, virtute illius fieret contritus: sed hic casus non est moralis, tum quia Episcopus, qui possit confirmare, possit etiam absolvere, nisi fingamus nolle confessionem audire ex aliquo timore, aut prauo errore: tum etiam quia ad recipiendum digne hoc Sacramentum, requiritur moralis existimatio contritionis, quæ videri etiam potest sufficiens ad sustinendam mortem: quamuis reuera charitas strictius obligare videatur ad vitandum periculum mortis æternæ. Vltimus casus excogitari potest propter recipiendum aliud Sacramentum, ad eum modum, quo obligatur interdum quis ad confessionem, ratione Eucharistiæ suscipiendæ: sed hæc obligatio in præsentis non habet locum respectu quinque Sacramentorum: nam Baptismus necessario antecedere debet, & licet respectu Eucharistiæ regulariter sit melius, vt Confirmatio antecedit: tamen hic ordo non est in præcepto, vt ex vsu Ecclesiæ supra tractato constat: & quia nulli extat tale præceptum: & idem a fortiori dicendum est de Matrimonio, & de Extrema Vnctione de

Con. Tri.

Victoria
Nauar.

Confessione vero non solum non est præceptum, verum potius consultius est, vt confessio præcedat, si homo habeat materiam eius, vt supra dictum est, & habetur in cap. Vt ieiunij, de Consecr. d. 5. de Ordine vero dubitari non nihil potest: nam in Concilio Trident. sessio. 23. cap. 4. prohibetur prima tonsura initiari, qui Sacramentum Confirmationis non suscepit: sed ibi non imponitur censura, neq; verbum, quod rigorosum præceptum indicet: & ideo huiusmodi omisio non erit peccatum, saltem mortale, vt docet Soto in 4. d. 7. art. 3. conclus. 3. & d. 24. q. 1. art. 4. Victoria in Summa num. 48. Nauar. cap. 22. num. 9. qui idem censet de conferente Ordinem, vel ipsummet Sacramentum Confirmationis, cum ipse confirmatus non sit.

SECTIO II.

Ad quid obligetur minister huius Sacramenti.

Triplex mi-
nistri obli-
gatio.

Est vltima
sententia
munda est.

Arguitur
Syluester.

Quod non
est omnia
Confirmatio
non est
peccatum
mortale.

obligatio.

Adem fere triplex obligatio, seu præceptorum ratio, quam circa suscipientem consideramus, potest, seruata proportione, in ministro reperiri. Primum ergo præceptum est affirmatiuum de exercendo hoc ministerio, & hoc modo obligantur Episcopi in suis diocæsiibus aliquoties opportunis temporibus ministrare hoc Sacramentum, ratione sui muneris & officij. Vnde grauius peccare possunt contra hoc præceptum, si multo tempore hoc negligenter omitant, vt notarunt Angelus, verbo, Confirmatio diuina, num. 1. & Syluester, verbo, Confirmatio diuina, num. 2. quia, cum si pastor teneatur pascere oves, non solum in his, quæ ad Ecclesiam, & membrorum eius singularem utilitatem à Christo sunt instituta; quæ proinde ab ipsis omnibus iuste possunt desiderari, & exigi, vt supra diximus agentes de Sacramentis in genere, & infra etiam dicemus de Sacramento Eucharistia, &c. confessio: est enim in hoc Sacramento eadem, vel maior ratio quia, & magnam perfectionem gratia confert, & semel tantum in vita recipi potest. Si autem Episcopus per seipsum huic obligationi satisfacere non potest commode, satis erit, si ministerio alterius Episcopi adiuuetur; quia ad ouium utilitatem parum refert, quod per se ipsum, vel per alium hoc Sacramentum administret.

Secundum præceptum est, aut negatiuum, aut affirmatiuum conditionatum, seu quoad specificationem actus, scilicet valide & rite conferendi hoc Sacramentum, quando illud administrat: quæ obligatio communis est in omnibus Sacramentis; & ideo nihil fere addendum occurrit, nisi quod hinc nasci-

tur specialis obligatio non iterandi hoc Sacramentum: quia, cum iteratur, nullum est, vt supra ostendimus. Occurrit tamen statim questio supra tractata, an Episcopus voluntarie iterans hoc Sacramentum, maneat irregularis. Cui negatiue respondendum est, sicut de suscipiente Sacramentum respondimus, quod docet iisdem authores ibi citati, & propter idem fundamentum: quia huiusmodi irregularitas non est in iure expressa: imo (quod ego legerim) nulla censura, vel poena est in iure data ratione huius delicti: nam in cap. Dicitur est, de Consecrat. dist. 5. non est sermo de conferentibus; sed de suscipientibus iteratam Confirmationem; & nullus est alius textus, in quo poena aliqua propter hanc obligationem imponatur.

Non sit irregularis Episcopus, qui iterat hoc Sacramentum.

Tertium præceptum, quod negatiue etiam potest explicari, vel affirmatiue conditionaliter, seu quoad specificationem actus, est, non solum valide, sed etiam digne administrandi hoc Sacramentum, & vitandi omnem irreuerentiam eius. Et huc in primis spectat debita dispositio, & sanctitas ministrantis iuxta generalem doctrinam de sacramentis: hic enim nihil speciale occurrit. Ad hanc etiam obligationem pertinet vsus conuenientis materiae & formæ, in quo solum illud specialiter aduertendum occurrit, cadere, scilicet ab huius præcepti obligatione, vt Confirmatio non conficiatur ex veteri chrismate, sed ex nouo illius anni: esset enim graue peccatum sine urgente necessitate illa materia vti: vt constat ex epist. 1. Fabiani Papæ, & ex cap. Si quis de alio, de Consecrat. distinct. 4. vbi est sermo de vnctione chrismatum, quæ fit in baptisate: est autem maior ratio de vnctione Confirmationis: atque idem colligitur ex cap. Quoniam, de sentent. excommun. in 6. vt ibi Glossa notauit. Præterea ad hoc præceptum reducitur obligatio ministrandi hoc Sacramentum cum debita solemnitate, ceremoniis ac circumstantiis requisitis, ita vt detur tempore opportuno, loco decente, & cum aliis tribus supra numeratis præcedentibus disput. sect. 2. quæ obligatio grauior, aut leuior esse poterit pro materiae qualitate. Tandem ad hoc præceptum reducitur obligatio confirmandi tantum in propria diocæsi, & personas sibi subditas; nam confirmare eos, qui sunt alieni iuris, aut in aliena diocæsi sine facultate debita, esset illegitima administratio in hoc Sacramento, & graue peccatum, vt ex superius dictis constat; & docet Paludan. in 4. dist. 7. q. 4. Syluester, verb. Confirmatio diuina, q. 5. qui merito aduertit, nullam censuram esse ipso iure impositam propter hanc culpam, neq; etiam propter illam irregularitatem incurri; quia non est in iure expressa.

obligatio.

Vt chrisma se veteri similis non sit, ne urgente necessitate, esset graue peccatum. Fabianus.

Paludan. Syluester.

